



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XXXV Quod animae iniquor[um] mox vt de corpore exeunt, ad infernum  
descendunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**



HAY. DE VARIET. LIB.

semper termino cruciatus per tormēta proferat, & sine fine definiens duret. Fit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia & mors viuit, & finis semp incipit, & deficere defectus nescit. De hoc inter cætera cōspicius doctor Augustinus ait: Nihil est peius in morte, q̄ esse in morte sine morte, & mori velle & mori non posse.

Quomodo anima immortalis sit, dum cōstat quod in perpetuo igne moriatur.

Caput XXXIII.

Greg. Sicut duobus modis vita dicitur, ita duobus modis etiam anima debet intelligi. Aliud est namq̄ quod in deo viuimus, aliud vero quod in hoc q̄ cōditi vel creati sumus, id est, aliud est beate viuere, aliud essentialiter. Anima itaq̄ & mortalis esse intelligitur, & immortalis. Mortalis, quippe, quia beate viuere amittit, immortalis aut̄, quia essentialit̄ viuere nūquā definit, & nature sue vitā perdere non valet, nec cum in perpetua fuerit morte dānata. Illic em̄ posita beata esse perdet, & esse non perdet. Ex qua re semp cogitur, vt & mortem sine morte, & defectū sine defectu, & finē sine fine patiatur, quatinus ei & mors immortalis sit, & defectus indeficiens, & finis infinit̄.

Quod animæ iniquoz mor vt de corpore exeunt, ad infernū descendāt. Ca. XXXV

SI esse sanctorū animas in cælo attestatione sacri eloquij credimus, oportet vt & iniquorum animas in inferno per omnia esse credamus. Quia



## LIBER TERTIVS.

ex retributione æternæ iustitiæ, ex qua iam iusti gloriantur, necesse est per omnia vt & iusti cruciantur. Nam sicut electos beatitudo lætificat, ita credi necesse est, quod à die exitus sui ignis reprobos exurat.

Quod animã egredientē e corpore, siue sancti angeli, seu dæmones acceperint, secum semper sine vlla pmutatione retineāt.

Caput XXXVI.

**S**criptura etem dicit: In quacumq; partē ceciderit lignū, siue ad austrū, siue ad aquilonē, ibi erit, Eccl. ii.  
Scilicet, quia cum hoīs animã mortis tempore egredientē à claustro carnis siue sanctus seu malignus spūs acceperit, in æternū secū sine vlla pmutatiōe retinebit, vt nec exaltata ad supplitiū pruat, necmersa æternis supplitijs vltra ad remediū ereptiōis ascēdat.

Quod reprobi, quorū causa cōmunis est in opere, ad loca etiã cōmunia post mortē deducantur.

Caput XXXVII.

**S**Item reprobi, quorū causa cōmunis est in opere ad loca etiã cōmunia post mortē nō deducerentur, nequaquā iudex veniens dicitur se messoribus esse phiberet: Colligite zizaniã, & ligate eam in fasciculos ad cōburendū. Messores quidē angeli, zizaniã ad cōburendū in fasciculos ligant, cum pares paribus in tormentis similibus sociant, vt superbi cum superbis, luxuriosi cum luxuriosis, auari cum auaris, fallaces cum fallacibus, inuidi cū inuidis, infideles cū infidelibus ardeant. Cum ergo similes in culpa ad tor-

k